

60
56

FAUSTA ATQVE PIA
COLLEGARUM ET AMICORUM
CONGRATULATIO

In
Festivitate Nuptiali

V I R I

MAXUME REVERENDI, AMPLISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI
DOMINI

JOHANNIS ULRICI MAYERI, P
S. S. Theologiæ Doctoris, ad D. Thomæ
Pastoris, & Scholæ ibidem Inspectoris &c.

Cum

NOBILISSIMA AC PIETATE VIRTUTUMq; SPLENDORE ORNATISSIMA

ANNA JUSTINA,

V I R I

MAXUME REVERENDI, MAGNIFICI, NOBILISSIMI, ATq; AMPLISSIMI

D O M I N I

D. HIERONYMI KROMAYERI,
Theologi Consummatissimi, Facult. Theolog. Decani,
ejusdem ut & Præfulatus Ingenui Misnenensis ac Nationis Misnicæ Senioris
Venerabilis, Electoralis ac Ducalis Saxonici Consistorii Adsefforis, Minoris
Principum Collegii Collegiati, Alumnorum Electoralium Ephori, &
Academiæ Decem-Viri, immortaliter undi-
qua; meriti

Relicta Vidua,

Exhibita

D. xx. Maj. clo lpc LXXII.

LIPSIÆ,

LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.

COLLEGIUM ET AMICORUM
CONGRATULATIO

Februario Mensis
V I R I

A. M. 1771

Domini

JOHANNIS JURICI MATHERI
S. S. Theologiae Doctoris et Theologiae

Prolegomena ad Aristotelis Metaphysicam

PROLEGOMENA AD ARISTOTELIS METAPHYSICAM

ANNA JURICA



1018422

1018422

Richd. Voss



Es est grata Deo, Myſtam ſacra vincla
ſubire
Conjugii, licet hoc fulmine Papa
petat.

Id dudum ut digitos noſti, *Collega Colende,*
Quippe docēs alios dogmata ſancta Dei.
Hinc viduus, primæ poſt fata ſuprema maritæ,
Aggrederis caſti pacta ſecunda tori.
Euge bonum factum! ringetur papa? quin inde?
Ipſe ſecundabit pacta ſecunda DEUS.

grat. f.

D. Georgius Lehman /
P.P. & Superint.

K *Ronmayera* Tibi *Mayere* adjungitur, Illa
Pectoris atque domus pulcra *Corona* fiet!

Id quod ὀλοκαρδίως νοεῖ

D. Daniel Müller.

)(2

Ergò

ERgò iterum desueta placent, tædasq; reposcis.
Ergò iterum thalamum, Vir venerande, subis:
Extinctasq; faces nunc rursus accendere cer-
tum est,
Quæ tibi jam flammâ languidiore micant.
Gratulor, atque piis successus adprecor ausis!
Nec mihi quæ desunt fata Tibi invideo.
Ut recreet memorem voveo Venus altera mentem,
Et paria ut primis altera vota scient.
Ut novus Aetætes possis alterq; videri
Virbius: ac repetat gaudia mille thorus!

Gratulabundus pos. ex debito

L. Thomas Steger, ad D.
Thomæ Ecclesiast.

THeiologus viduus similem sociare relictam
Theiologi viduam nunc sibi jure finit.
Sic solet omnipotens similes conjungere Jova,
Qui sibi sunt meritis ac pietate pares.
Hujus connubii qui primus Fautor & Autor,
Par bonitate suâ terque quaterque beet.

debita gratulationis ergo inter luctus do-
mesticos scr.

L. Simon Söffler / ad D.
Nic, V. D. M.

יהי לבו של החתן למעלה
לפי שעל ראשו תושר עטרה;
עטרת פז אשר חיל לבעלה
ונותרת עושר חיים הרבה:

Birchas

JO. BENEDICTI CARPZOVI,
S.S.Th.L. & ad D. Thom. Ecclesiast.

QUando hominem sapiens formabat Conditor
ævi,

Principioque illi dêerat adhuc mulier:

Ædificemus ei, de costa nempe, virissam,

Sic structura viri perficietur, ait.

Ut, MAYERE, Tu redeat perfectio MURI,

Cui mors Dilectæ maxima damna dabat,

Consilio Superi nunc ducitur altera Conjux,

Quæ Tibi sublatum fartiat omne bonum.

Gratulor ex animo: voveo de pectore, MURUS

Ignæus ut Vobis ipse Jehova siet!

Honoratissimo Dno. Sponso gratulabundus
apposuit

L. JOHANNES THILO, ad D.
Thomæ Symmyst.

Ad
MAXIME REVERENDUM ET AMPLISSIMUM
DN. SPONSUM.

EXempta est lateri illa Tuo Castissima Costa,
Sed vacuum supplet jam nova Costa locum.
Costa, *Patris Magni soboles*, Virtutis agalma,
Et summo quondam consociata VIRO.
Scilicet hic Jhovæ mos est, Præco optime Jhovæ,
Exanimare pios, mox recreare pios.
Ille TIBI fervet Costam, quàm denuò adaptat,
Et thalamum longâ prosperitate beet!

gratul. ex animo f.

M. DANIEL Griebner /
V. D. M.

Mense *malas Majò nubere vulgus ait*
apud Poëtam. (a)

Sed vulgus ait,

idque Romanorum gentilium,
in quorum fastis nefastus nuptiis hic mensis habebatur,
sive quòd medius esset Aprilem inter & Junium,
quorum ille Veneri, hic Junoni pronubæ
sacer fuit: (b)

(Atqui nos neque Venerem agnoscimus,
neque pronubam colimus Junonem)

sive quòd Majò majores natu, Junio juniores
nomen dedissent,

adeoque Junius Majò
tantò tempestivior esset ad nuptias
quantò junior ætas grandiore:

(Sed

(Sed allusio hæc mera est illusio)

sive Remi umbra Manibus suis hoc mense
justa perfolvi postulasset,

Unde Remuria sive Lemuria celebra-
re Romani cœperunt :

(Sed ad Lemures hæc Lemuria)

Seu quicquid denique causæ subfuit,

Valeat illa paganorum superstitio,

Nullus mensis inauspicatus

iis, qui cum Deo

conjugium auspicantur,

Cujus Auspicis

Confarreatur hoc ipso mense Majò

Par Nobilissimum

Theologus Viduus & Vidua Theologi,

par, cui laus omnis impar,

Ecce enim

CRONMAIERIA fit **CORONA MAIERI**, (c)

Corona laureis quibusvis nitidior,

aureis quibusvis preciosior,

& verè olympica,

h. e. cœlitus donata

Valeant igitur etiam illi, qui

nuptias secundas rarò secundas esse pronunciare audent,

& post naufragium prioris matrimonii

secundos ventos polliceri timent. (d)

Nihil enim non secundum esse potest

iis, quibus pietate nihil prius est,

nihil non optimè succedit,

quicquid Deo Autore suscipitur.

Ego itaque Tibi ô Par Venerabile,

nec ex mense Majò, nec ex secundis nuptiis

quicquam sinistri adversive,

imò potius florentem felicitatis Majum

omnia-

omniaque secunda ominor,
 DEUS OPT. MAX.
 Qui Vos amat, & quem Vos amatis,
 Amoris inter Vos mutui conciliator
 eundem augeat indies,
 & felicitate perpetuâ,
 aut, si nihil in his caducis perpetuum est,
 saltem per longos annos continuâ
 cumulet,
 donec sera mors Vos ad
 cælestes nuptias provehat
 nullâ morte dissolvendas.

(a) *Obid. l. 5. Fast.*

(b) *Conf. Erasm. ad adagium: mense Ma-
 jò male nubunt p. m. 1069.*

(c) *Prov. XII, 4.*

(d) *Francisc. Patrit. l. 4. de Repub. ap. Richt.
 axiom. æcon. 57. & Novarin. in aq. v.
 nupt. p. m. 84.*

L. M. Q. P.

M. THOMAS ITTIGIUS,
 Xenodochii Johannei Past.

Rasa caterva tona: sancto quí nomine gaudes
 Imprudens damna vota secunda, Pater:
 PRÆCO SACER sua damna levans sibi legit Olympi
 Lege PIAM COSTAM, quam deamaret amor.
*Annuat huic vinclo, qui fœdera rumpit & auget,
 Ipse DEUS replens prosperitate Domum!*
*Corda jugata diuvaleant sine nube malorum,
 Et veniente die calica tecta petant!*

fit
 Auspicatissimis Nuptiis Patroni sui ac Parentis instar
 in Christo jugiter debenerandi observantia ergò
 ὁλοψυχὸς gratulabatur

JOHANNES Steinmetz/
 Pastor Nofocomii.

F I N I S.